



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CCXXXII. Ioannis Papae VIII. Ad Pavlvvm Episcopvm. Iubet ecclesiam in villa Carpana sitam restitui, ibique sacerdotem constitui, & sacrum chrisma annuatim in eamdem mitti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

Iubet ecclesiam in villa Carpana sitam restitui, ibique sacerdotem constitui, & sacrum chrisma annuatim in eamdem mitti.

Reuerendissimo & sanctissimo Paulo episcopo sanctæ ecclesiæ Regiensis.

DILECTIONI tuæ venerandis sanctorum patrum regulis edoctæ mandamus, atque his præfulatus nostri literis iubemus, vt ecclesiam Dei positam in villa Carpana, iam nuper incendio crematam restaures, atque in pristinum decorem, & ordinem restituere nullatenus præmittas, atque sub proprii cura sacerdotis eam constituas, qui sedulas ibi Domino laudes quotidie persoluat, ac pro salute fidelium omnipotentem Dominum valeat exorare, sacrumque illic, Deo propitio, annue chrisma mittere indefinenter procures; quod est totius Christianitatis salus, & perfectio vera. Nam si forte aliter feceris, nos ex apostolica auctoritate alteri episcopo præfatam ecclesiam ad restaurandum, & canonicè ordinandum procul dubio commitemus. Data XIII. Kalendas Decembris.

Præcipit, vt ecclesiam in Carpana villa sitam, quam Paulus Regiensis episcopus reficere neglexerat, restituat, ibique sacerdotem proprium constituat, & sacrum chrisma annuatim mittat.

Reuerendissimo & sanctissimo Ioanni episcopo Ticinensi, dilectoque confratri.

QVIA Paulus Regiensis ecclesiæ episcopus, & canonicis admonitus institutis, & nostris apostolicis præceptionibus exhortatus, vt ecclesiam Dei positam in villa, quæ dicitur Carpana, igne crematam restaurare, ibique suum, secundum ius ecclesiasticum, omne officium, vel ministerium